

vt me in numerum assessorum legi paterer. Quod tamen munus satis otiosum est, neque me a ceteris studiis magnopere distrahit. Humanitatem etenim, vt ab ineunte aetate feci, complector. Quin etiam ad Theologiam mihi aditum nunc libere munio. Ea quas mihi adferet vtilitates? vtor in ea re consilio Mosellani, cuius iudicium quanti faciendum sit, haud ignoras. Haec verae sunt, quae de vitae meae ratione ad te hoc tempore scribere possum. Nam quod scribam, nihil sane est, praeter tumultus Germaniae nostrae. Certe omnia ad vim spectant. Quam nisi Deus optimus maximus auerterit, vereor ne hoc anno omnia et diuina et humana perturbentur. Audies de admirabili Vaccae foetu. Ille Monacho vitulus magnas excitabit Tragoedias, cum tamen, vere tecum loquar, res sit plane fabulosa, effigiem illius nisi Menzero nostro. Vale, tibi que persuade, me tui esse amantissimum.

Lipsiae Non. Ian. Anno post Christum natum M D XXIII.

T. Iulius Pflug.

EPI-